Fragmentarium

Cum venit igitur plenitudo temporis
ut ait apostolus misit deus filium
suum factum de muliere factum sub le-
ge ut eos qui sub
lege erant redimeret
in adoptionem filiorum dei. Iste est 39
liber sententiarum petri labardi in quo
magister specialiter et principaliter agit de
misterio nostre reparationis. Ita per quem
in libro precedenti scilicet 2o pertractavit de rerum
omnium creatione et institucione in quibus
relucet divina potencia in creando et
exuberancia sue bonitatis quam largissi-
me in creaturarum tam magnifica pro-
ductione ad extra diffudit. Hic autem be-
nignitatis et misericordie sue abyssus ostenditur
ubi misterium reparationis humani generis
pertractatur. Et sic in primo libro de-
prime hominis exaltacione et multis quibus
ex largitate creatoris in eo dicitur sua
recepit tractatur. Secundo de superba am-
bicione qua inordinate ad alta ten-
dens ad yma corruit ubi etiam de ori-
ginali peccato et actualium peccatorum ge-
neribus et radicibus que deorsum trahunt
pertractatur. Hic vero magister descendit huius
humiliacione qui seipsum exinanivit for-
mam servi accipiens exequitur. Quomodo
etiam ad infirmitates nostras et usque ad mortem
tis passionem descendit. Prosequitur tan-
dem de virtutibus theologicis et moralibus
atque donis et dei preceptis quibus
possit homo regredi unde corruit. Un-
de dicit cum venit plenitudo temporis quod
est tempus miserendi et gracie misit deus
ut apostolus ait ad galatas christo filium su-
um scilicet ex muliere factum sub lege ut
eos qui sub lege erant redimeret. Mi-
sit inquam eum primo ad nos scilicet ad assumen-

Cum nature incarnacione humana primi parentis
tor quam in similitudinem hominum fac-

inch cm IMAGO PHOTOGRAPHIC
COLOUR AND MONOCHROME SEPARATION GUIDE
BLUE CYAN GREEN YELLOW RED MAGENTA WHITE 3/COLOUR BLACK

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 3678, Cod3678_Farbkeil – Isagoge et in Aristotelis Categorias commentarium (https://fragmentarium.ms/view/page/F-4qjf/1757/21308)